Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26218
Copyright: Admont, Benediktinerstift



102

Sed illa subsequi despiciunt ex aliis que precedunt. Sic enim corporales medici quosdam egritudines ante uenisse inueniunt. quosdam uero ne ueniant medentes ante doctores sci aliquando inuenta uulnera salutem restituunt. aliquando uero aguntur ne tumor ne uulneretur. In quibus hoc sollerter intuendum est. qua sic certa plerumque cum asperitate redarguunt. ita incertis uicis cum tranquillitate contradicit. Certa ferientes increpant. incerta premunientes deuitant. Quam ergo arrogantes uiri discretionis regulam nesciunt. sententiarum suarum iaculis sic nota sic incognita. sic certa. sic etiam incerta configunt. Vnde nec ab heliu dr. Caue ne declines ad iniquitatem. hanc enim cepisti sequi propter miseriam. Quia uero ea que ingenera sub longiore alligatione protrahunt. istum libellum hoc fine constringam. ne immoderatus extendam oratorem.

Explicit liber xxvi. Incipit xxvii.

QUISQUIS DE MAGNIS DICTIS ARrogantium sumere scientiam nititur prudere solerter debet. ne hoc quod ex scientia alterius timet. imitetur. ne cum uirtutum uerbis mox uicia colligat. Ex eo quod loquendi noticiam assequitur. uiuendi se impicia transfigat. Hostis namque cum fortia dicere audimus. statim de dictis fortibus sumere despicimus. quasi doctrine hortos ingressi. despinus rosas attingimus. Discreta quippe nobis sollicitudine opus est. ut carpere quod redolet. ut cauere quod pungit. ne si fortasse inprudenter ex flore legitur in cauta legentis manu mox spina laceret. Heliu itaque doctus et arrogans. profert aliquando quod oleat. aliquando quod pungat. Sic itaque sumendum est de eius doctrina quod fragilat. ut tamen sollicite cauendum sit de elatione quod uulnerat. Qui multa quidem superi